



*Fur fundale 2687*

B. C. D.  
COLLEGII FEVDALIS

AD  
B. STRYCKII EXAMEN JVRIS FEVD.

CAP. XXIII.

DISPVT. XIV.

DE  
SPECIALI JVRIS FEV-  
DALIS ALTERO  
AMMISSIONEM FEVDI OB  
FELONIAM INDICANTE  
IN ALMA NORICORVM

SVB

P R A E S I D I O

D. HENRICI HILDEBRANDI

CONSIL. NORIC. ET PAND. P. P.

PLACIDAE AVDITORVM DISQVISIONI  
PROPOSITA

AD D. XII. CAL. DECEMBR. A. O. R. c l o l o c c x v .

AB

HENRICO FELICE SPIZIO

ALTDORFFIN.

---

ALTDORF I

LITERIS IODOCI GVILIELMI KOHLESII, ACAD. TYPOGR.

B. C. D. A. F. Y. D. A. L. I. S.  
AD  
B. STRICKM. EXAMINEN WIRTSCHAFTL.  
CAP. XXIII.  
DISPV. XIV.  
DE

SPECIALI IURIS FEV-  
DALIS ALTERO  
AMISSIIONEM BEVDIOB  
RELOMAM INDICANTIA  
IN ALMA NORICORVM  
F. R. A. E. Z. V. O. V. O.  
D. HENRICI HILDEBRANDI  
CONSIL. NORIC. ET PAUD. R. P.  
PLACIDAE AUDITOR/M DROBITIONI  
PROPOZITA  
AD D. X. CAL. DECEMB. A. O. R. 1810. CN.  
AB

---

HENRICO FELICE SPIZIO

ALDORSV  
LITERIS IODOCI EARTHIELT KONIGSBU, ACAD. TYPOG.

A. Ω.

THESIS I.



Onum negotium in tractationis nostræ feudalibus altero membro speciali nunc sese præsentans, est modus feudum ob feloniam extinguendi, sive delictum tale nominatum, ein Lehns-Fehler / contra officium fidelitatis, vel aliam feudalem decem-tiam a domino (a) aut vasallo commissum, quo uterque se jure in re feudali quæsito indignum reddit. (b)

(a) 2. Feud. 26. §. domino. Struv. S. F. c. 15. aph. 18. Horn. I. F. c. 23. §. fin. Stryck. E. F. c. 23. q. 50. (b) Struv. S. F. c. 15. aph. 8. & seqq. Ludwell. synopsis. feud. c. 16. §. 18. p. m. 378. Stryck. cit. cap. 23. q. 1. & seqq.

Th. II.

Quamvis feloniam vocabulum magis a ger-

manico verbo *Fehlen* / quam aliunde derivandum, hincque mitius delicti appellatione censendum sit; potentius tamen significatu id iudicamus, dum non modo dolo, sed & culpa perpetratur, utut culpam levem & levissimam, qua interdum verum delictum constituitur, heic sufficere haud existimemus. (a)

(a) Struv. *S. F. c. 15. tb. 8.* Bejer. *in disp. Schnob. 10. th. 5.* Winziger. *ad Stryck. E. F. c. 23. q. 2.*

Th. III.

Plures quidem felonix species in jure feudali recenseri, & cum facti sint, eas certa regula ac numero vix comprehendi posse verum ducimus, nihilofecius tamen omnes vel ad commissionem, qua aliquid improbe atque indecenter suscipitur, vel ad omissionem, qua faciendum injuste negligitur & non rite perficitur, summatim commodeque referri opinamur. (a)

(a) Bejer.

(a) Beier. *disp. feud.* Schnob. *XI. tb. 2. § 8.* Lud-  
well. *synops. feud. c. 17. 18.* Tit. in *S. L. R. c.*  
*26. §. 34. § 37.*

Th. IV.

Tametsi omnis felonia vel in dominum  
ipsum tam directo, nimirum offensione ipsius  
immediata, quam per consequentiam, medi-  
ante læsione personarum ejusdem affectio-  
ni addictarum, aut rerum feudalium, vel in  
extraneum committi contingat; hujus re-  
spectu tamen non quævis licet atrocita sce-  
lera, privationem feudi operari reputa-  
mus. (a)

(a) Horn. *Jurispr. Feud. c. 23. §. 2.* Beier. *in disp.*  
*Schnob. 10. tb. 25. § 26.* Tit. in *S. L. R. c. 26.*  
*§. 46.*

Th. V.

Feudi dominum ad privandum vasallum  
re feudali directo offendi quidem censemus,  
occisione, vulneratione, pulsatione, adme-  
natione verbis injuriosis, amicitia cum

A 3

ini-

inimicis contracta, delatione, secretorum five  
 credentiæ revelatione, mala officii judicis  
 executione, testimonii spontanei in crimina-  
 li causa & civili modica dictione, actione fa-  
 mosa vel turpi mota; non tamen horum fa-  
 ctorum nuda & mera molimina voluntate li-  
 cet agitata, juramentoque confirmata ac men-  
 te retenta, nullum in actum externum dedu-  
 cta, nec ob defensionem necessariam perpe-  
 trata, nec simplicem amicitiam cum inimi-  
 cis sine machinatione & citra perniciem do-  
 mini celebratam, huc minime pertinere arbi-  
 tramur. (a)

(a) Horn. *J. F. c.* 23. §. 3. 4. & 5. Struv. *S. F. cap.*  
 15. *aph.* 9. n. 3. & *seqq.* Ant. *disp. feud.* XI. *th.*  
 3. & 4. Bejer. *disp.* Schnob *feud.* 10. *th.* 6.  
 7. & 8.

Th. VI.

Per consequentiam five indirectum atque  
 mediate feloniam in domini personam, cu-  
 curbitatione, (a) stupro nimirum uxori, spon-  
 sæ-



fæ, filiæ, nepti, nurui, matri, sorori, atque pedissequæ, volentibus licet, actu vel alio illicito conatu, literis adeo & osculo testificato perpetrari quidem existimamus; sed stupratione viduæ domini post annum luctus, vel compressione concubinæ ejusdem, omnique indistinctim osculo, multo minus verbis turpibus aut Alexandrinis in ejusmodi personas prolatis talem feloniam privatione feudi dignam admitti, nobis haud persuademus. (b)

(a) Bitsch. *ad 1. F. 5. p. 86. Ant. disp. feud. XI. th. 5. Horn. J. F. L. c. 23. §. 7. 8. & seqq. Struv. S. F. c. 15. aph. 9. n. 9* (b) Ludvvell. *S. F. c. 16. p. m. 333. Bejer. disp. feud. Schnob. 10. th. 14. & seqq.*

Th. VII.

Licet respectu rei feudalis dolosa feudi alienatione, inficiatione utut extrajudiciali, insigni deterioratione, sævitia in subditos quoque manifestata, aliarumque rerum domini,  
ut-

utpote munitiorum aut possessionum quamvis communium violatione, dominum feudi non minus per consequentiam ita lædi existimemus, ut vasallus feudo idcirco jure privari possit, tamen isthac in alienatione nec errorem & dubitationem circa rei qualitatem occurrentem, nec traditionem & quibusdam in locis resignationem domini nondum factam, ad excusationem excludimus; imo in deterioratione rei feudalis partem deterioratam duntaxat privationi subiectam putamus. (a)

(a) Bejer. *disp.* Schnob. 10. *th.* 18. 19. & 20. Anton. *disp. feud.* 10. *thes.* 6. Ludwell. *synops. feud.* c. 17. *p. m.* 342. Horn. *Jurispr. Feud.* L. c. 23. *th.* 11.

### Th. VIII.

Quoad extraneas personas committit quidem vasallus feloniam, si vel fratri suo aut filio ejusdem parricidium infert, ut hereditate ejus ac feudo potiatur, (a) vel convasallum pro-

prodit, majestatis crimen perpetrat, sed incestus crimen huc referendum autumamus vel minime. (b)

(a) Ant. *disp. feud.* 11. *th.* 7. Stryck. *E. F.* c. 23. q. 29. & *seqq.* (b) Horn. *J. F. L.* c. 23. *th.* 17. Tit. in *S. L. R.* c. 26. §. 46. Bejer. *disp.* 10. *th.* 26.

### Th. IX.

Omittendo vasallum in domini sui personam ad feudi privationem peccare certum quidem ducimus, denegatione servitiorum, desertione domini in acie vel alio periculo constituti, recusata capti ab hostibus liberatione, damni eidem imminentis & jacturae a sciente neglecta certioratione, posthabita investiturae intra annum renovatione, & quandoque canonis intra tempus conventum solvendi cessatione; (a) sed hujuscemodi omissiones simul involvere aliqualem commisionem haud negamus. (b)

(a) Ludwell. *synops. feud.* c. 18. *per tot* Stryck. *E. F.* c. 23. qv. 34. Anton, *disp. feud.* 9. *th.* 8. Horn.  
B J. F.

*J. F. c. 23. tb. 18. Struv. S. F. c. 15. aph. 9. (b) Bejer. disp. Schnob. 10. tb. 5. in not.*

Th. X.

Licet secundum textum 2. Feud. 24. in jure feudali certæ causæ ad similitudinem exhæredationis expressæ deprehendantur ; propterea tamen causæ exhæredationis adprivationem feudi ubique applicandæ , aliæque expressis similes atque æquales licet implicite indigitatæ excludendæ sunt vel minime, (a) nec expressas adeo contra vassallos Imperii Regales ubique obtinere censemus. (b)

(a) Horn. *J. F. c. 23. tb. 19. Stryck. E. J. F. c. 23. q. 42.* (b) Tit. in *§. 2. R. c. 26. §. 90. Anton. de feud. disp. XI. tb. 4. lit. e. Itter. de feud. Imp. c. 24. §. 4. in fine.*

Th. XI.

Eos qui vassallum felonia commissa feudo non ipso jure excidere , sed eum demum prævia causæ cognitione sententia judicis eodem demum privari existimant , a vero aberrare equidem non censemus , sed sententiam isthanc privatoriam in casu feudi sine con-

consensu domini alienati non exigimus, licet alioquin remissione feloniam excepta, inter sententiam declaratoriam & privatoriam parum interesse arbitremur. (a)

(a) Horn. *J. F. c. 23. §. 20. 21. § 24.*

Th. XII.

Felonia in dominum commissa, feudum sive novum sive antiquum, pro se & heredibus suis, vor sich und seine Lehens-Erben / non æque principaliter concessum, ad dominum devolvi ita autumamus, ut hoc, vasallo delinquente ejusque descendentes mortuis ad Agnatos feloniam in approbatione alienationis vel sævitiæ in subditos non participes, æque reverti censeamus, ac feloniam in extraneum perpetrata id statim eisdem cedere existimamus. (a)

(a) *2. Feud. 24. in fin. 2. Feud. 37. ibique Bitsch. Horn. Jurispr. Feud. c. 23. §. 22. Struv. S. F. c. 15. §. 14. § 15. ibique Dn. L. B. Lyncker. ad §. 13. n. 2. Ant. diff. feud. 12. th. 1.*

Th.

Th. XIII.

Utut feloniam remissio tam expressim quam tacite fieri valeat, hincque illam XXX. annorum lapsu excludi verum statuamus, eandem tamen agnatis jus exinde, feloniam respectu extranei admittæ oppido quæsitum habentibus præjudicare haud ducimus, id quod ratione feudi antiqui post sententiam semel latam firmiter radicatum putamus. (a)

(a) Horn. *Jurispr. Feud. c. 23. §. 25.* Stryck. *E. F. c. 23. §. 50.* Tit. in *L. L. R. c. 26. §. 64.*



*Zus fund 51*

